UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Rei vendicatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ Poſt litem. Vide de materia late per Socin.in l.ſi
poſt.ff.de excep.⁊ ille, qui repellitur exceptione non fiat preiudiciũ
petitioni hereditatis,vide Soci.in l.ij.ff.de exceptio.rei iudic.⁊ ibi
etiam an talis exceptio ſit peremptoria.

De rei vendicatione. Rubr. XXXII.

¶ Continuatio vt in gloſſa.

LEX I.

1 ☞ Bona fides, quo tempore requiratur ad hoc; vt quis faciat
fructus ſuos.

ETiam per alienum. Per ſeruum
bona fide poſ-
ſeſſum quis querit ex re,vel ex opera ſerui, male fidei
vero poſſeſſori nihil querit.h.d. ¶ Dicitur hic bona
1 fide. Quero,†quo tẽpore debeat eſſe bone fidei. Di-
cit gl.ſufficit, quod ſit bone fidei ab initio in ſeruo, in libero homi-
ne inſpicitur bona fides quolibet momento,vt l.qui bona.in princ.
de acquir.rerum domi.iſta non eſt vera,quia ibi loquitur tamen in
homine libero bona fide poſſeſſo, quam de ſeruo alieno. Dic ergo
ꝙ ille, qui eſt bone bone fidei ab initio, ſemper facit fructus ſuos,
vt l.qui ſcit.§.ſi.de vſuris.Tamen ex eo tẽpore, quo cepit eſſe male
fidei,tenet eos reſtituere,vt no.in d.l.qui bona fide.in prin.de acq.
rer.do.Sic debes intelligere dictam l.qui bona fide.in principio.

LEX II.

a **SI inferiorem.** Edificium cedit ſolo.a
¶ Op.Inſti.de re diui.
§.cum in ſuo.Solu.Intellige,quod qui mala fide edifi-
cat de propria materia,videtur habere animũ donandi
in dubio,hic loquitur quando edificabat de aliena materia.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Cedit ſolo.Vide omnino que ſcripſi in l.j.§.nunciatio.
el ij.ff.de oper.no.nun.vbi plures limitationes ad regulam hic po-
ſitam, ⁊ dicit Bald.hic, quod talis edificans dicitur omnia poſſi-
dere,⁊ vide j.eo.l.mater.⁊ no.in l.domos.de leg.j.

LEX III.

1 ☞ Res aliena in preiudicium vendentis,nõ domini,vendi poteſt.
2 Dominus rei vendite per alium, quando teneatur pretium reſti-
tuere.
3 Non geſtum nomine meo,quando poſſum habere ratum.
4 Actio negotiorum geſtorum,quando competat mihi ad pretium
rei mee,per alium,non tamen meo nomine vendite.
6 Si venditur res mea per alium paruo pretio, an iuſtum pretium
repetam,an vero pretium acceptum.
9 Rem emptam ex pecunia mea,quando petere poſſum.
10 Vendens rem alienam,quando dicatur vendere ſuo nomine.
11 Vendens rem alienam vt alienam,dicitur alieno nomine vendere.
12 Creditor re perempta,vel preſcripta,quando agere poſſit ad pre-
tium in ſubſidium.
13 Habens actionem perſonalem ad rem, quando agat ad pretium
in ſubſidium re perempta.

MAter tua. Rem meam nõ meo nomine ven-
ditam vẽdicare poſſum,⁊ poſſum
a ratum habere[a] quo ad perdendum dominium rei mee,
⁊ quo ad parãdam actionem negotiorum geſtorum,in
ſubſidium.h.d.no.habuiſtis in ſummario. ¶ Op.ff.de contrahen.
empt.l.rem alienam.Sol.Rem alienam quis poteſt vẽdere in pre-
1 iudicium ſui vendentis, † non in preiudicium domini,vt hic,quod
plene dixi in l.cum vir.ff.de vſuc. ¶ Opp.hic dicitur quod petitor
2 non debet reſtituere pretium.cõtra.ff.eo.l.emptor.†Sol. Ibi con-
uerſum fuerat in vtilitatem eius, cuius erat res. De hoc vidiſtis
3 plene in l.iij.§.quod met.cauſa vbi gl.tangit. ¶ † Opp.ad fin.quod
meo nomine non eſt geſtum,ratum habere non poſſum, vt l.ſi pu-
pilli.§.ſed ⁊ ſi ego.ff.de neg.geſt.ſed hec venditio nõ fuit facta meo
nomine, ergo ratihabitio nihil operatur. Huius timore ſunt hic
opin.quidam intelligunt hanc l.quod ratihabitio preiudicet mihi
quantum ad perdendum dominium rei mee, vt l.ſi fundus.circa
prin.ff.de pig.ſed non quantum ad hoc vt poſſet peti pretium, niſi
re perempta,vel preſcripta, tũc in ſubſidium datur actio neg.geſt.
vt hic ⁊ l.ij.de re.ali.non ali.Ita intelligebat Bul.Mar.vero indi-
ſtincte concedebat poſſe me habere ratum,quo ad petendum pre-
tium, etiam re non perempta, vel preſcripta per l.j.j.de his qui a
non do.ma. Sed gl.noſtre reſpondent,quod ibi eſt ſpeciale fauore
libertatis.Gl.noſtre diſtinxerunt aliter,⁊ ſic. Aut quis ratam ha-
buit venditionem, errans in facto, quia credebat ſuo nomine eſſe
geſtum,cum non eſſet,⁊ tunc ſibi non preiudicat. Aut habuit ratũ
errans in iure,⁊ tunc idem, quia mihi nõ preiudicat, vt l.ſi cum te.
de pac. Aut non errabat nec in iure,nec in facto,⁊ tunc eſt vera di-
ſtinctio Bulg.quia demum re perẽpta,vel preſcripta poſſum ha-
bere ratum in ſubſidium. Ita tenet gloſ.hic,⁊ in l.ſi pupilli.§.ſed ⁊ ſi
ego.de neg.geſt.⁊ l.ſi cum ſeruum.ff.ſi cert.pet.⁊ Dy.in c.ratum.de
4 reg.iur.lib.vj.⁊ ita tenent communiter omnes doct. Ego † ſolitus
ſum concordare opi.iſtas.⁊ hic aduerte, quia eſt multum ſubtile,⁊
notabile.Si tu queris, vtrum quis poſſit agere ad pretium actio-
ne neg.geſt.que oritur ex venditione, que primo facta eſt,quia ne-
gotium trahit ad me ratihabitione, tunc procedit opi.gl.noſtre ⁊
Dy.nam ratihabitio non poteſt trahere ad me negotium nõ meo
nomine geſtum,niſi in ſubſidium re perempta, vel preſcripta,vt in
predictis gloſ.Si vero velles agere actione neg.geſt.que oritur ex
hoc negotio nouiter geſto,ſcilicet quod ratum habui,per hoc do-
minium rei mee ad emptorem tranſtuli, tunc ego poſſum habere
b actionem neg.geſt.[b] hic eſt caſus in lege noſtra.probo ſic. Sicut
5 †ſi ego gero negotium tuum ipſo geſtu datur mihi contra te actio
neg.geſt.licet ratum non habeas, vt l.que vtiliter.in fi.de neg.geſt.⁊
no.in l.ſi pupilli.§.item queritur.in fi.mag.gl.eo.tit. Modo tu qui
vendidiſti rem meam emptori,tuo nomine,ei teneris de euictione.
Si igitur ratum habendo transfero in emptorem dominium,gero
negotium tuum ipſo geſtu,merito ex hoc contractu vel actu,quo
dominiũ transfero, oritur mihi contra te actio neg.geſt.⁊ hoc caſu
loquitur opin. Mar.Sil.⁊ probat hoc tex.iſte expreſſe dicit enim
quod ſiue quis perdat dominium ratihabitione, ſiue perdat alio
* modo,actionẽ neg.geſt.* habet. De hoc tetigi vobis in l.ſi fi.
per fideicõmiſſum.in prin.de leg.j.quod tene menti. ¶ Querit gl.
quid ſi tantum pretium petij,quando non erat meo nomine geſtum,
6 an mihi preiudicet? Gl.dixit ꝙ non,vt habes in ea,⁊ bene. ¶ Item
querit gl.quid ſi vendidiſti paruo pretio, an repetam pretium iu-
ſtum,an pretium acceptũ.Glo.diſtinguit. Aut erat male fidei poſ-
ſeſſor, aut bone fidei,vt l.ſi poſſeſſor.§.fin.ff.de petitione heredita-
tis.⁊ ita tranſeunt hic doctor. Iac. But.non tenebat iſtam gl.di-
cebat enim quod d.l.ſi poſſeſſor loquitur in petitione hereditatis,
c que cum ſit vniuerſalis, in ea ſuccedit pretiũ loco rei[c], vt l.ſi ⁊ rem.
⁊ pretiũ.⁊ ibi no.de peti.here.ſed hic agitur actione neg.geſt.vnde
cum habeatur rata venditio, non poteſt venire niſi pretium acce-
ptum.Ego dicerẽ ſic. Aut intelligis de actione nego.geſt.que ori-
tur ex primo neg.geſt.ſcilicet ex venditione,⁊ verum dicit do.Iac.
Butr. Aut queris de actione nego.geſt.que oritur ex eo quod iſte
ratum habuit,⁊ dominium trãſtulit,tunc poterit peti pretium iu-
ſtum,quatenus ille ratum habendo illum venditorem liberauit,vt
7 d.l.que vtiliter.in fi. ¶ † Itẽ querit gl.quid ſi non meo nomine ven-
didiſti,deinde per plures manus ambulauit, vltimo eſt vſucapta,
vel preſcripta,⁊ ego ratam habeo,vtrum repetam a primo vendi-
tore,vel ab vltimo,vel ab omnibus? Glo.reſpondet quod ſolum a
primo,q͛ ille habet pretiũ ex cauſa lucratiua. Alij vero, quia ceſſe-
runt quantũ ipſi vendiderunt,tantum ſibi conſtiterat,⁊ ideo nihil
8 videntur habere,⁊ in hoc ſtant omnes doc. ¶ Itẽ querit gl.quid
ſi primus vẽdidit rem meã.ille emptor alteri donauit,ille dona-
rius vltimo vendidit,res vſucapta,vel preſcripta eſt,contra quem
agatur? Quidam dicunt,cõtra primum,quidam contra vltimum,
quidã cõtra vtrunq;. Tu vero dicas ſiquidẽ loquaris de actione
nego.geſt.que oritur ex primo negotio geſto,propter ratihabitio-
nem,procedat opi.iſtius gl.vt poſſit agi contra vtrunq;,qui habet
cauſam lucratiuam. Si vero intelligis quod actio neg.geſt.oritur
ex vltimo negotio geſto,quia ratum habendo tranſtulit dominium
tunc tantum ab vltimo vendente poterit repetere,quia illi vltimo
tantum profuit ⁊ illum vltimum liberauit. Et idem dicẽdum eſt in
vltima queſtione gl. Venio ad quaſdam queſtiones,extra gl. Pri-
mo formo vnam queſtionẽ,quam formant doct.Hic loquitur in eo
qui vendidit rem meam ſuo nomine. ¶ Quero quid e conuerſo
9 † Pone quod aliquis ex pecunia mea[d] emit rem ſuo nomine,vtrum
d illam emptionẽ poſſum habere ratam in ſubſidium,⁊ poſſum rem
petere? Iſtam queſtionem tangit gl.ff.de iur.do.l.Proculus.⁊ hic
per doct.extra glo. ¶ Quero,dicitur hic quod ſi aliquis vendidit
10 rem alienam ſuo nomine, † quomodo cognoſcam,vtrum vendidit
ſuo nomine,vel alieno? Reſpond. Aut in venditione exprimitur ſuo
nomine,aut alieno,⁊ ſtamus certo. Aut nõ exprimitur,tunc regu-
lariter eſt dicendũ,ꝙ proprio nomine videatur vendere,vt l.ſi ma-
11 gis.ff.de ſol.Tamen † intelligo alieno nomine[e] rem venditam ſem-
e per,quando quis vendidit eam vt alienã,quia videtur eam alieno
nomine vendere.Hic eſt caſus,⁊ §.de neg.geſt.l.ab vno.⁊ fam.
l.in familie. Sed ſi eam vendidit vt propriam,procederent que
12 ſupra dicta ſunt. ¶ Quero,†quid in creditore, vtrum re perempta,
vel preſcripta poſſit in ſubſidiũ agere ad pretium? Hoc gl.tangit
ff.de diſtrac.pign.l.j.in glo.magna. Dixi tibi hoc anno in l.ſeruum
13 §.ſi vero heredes.j.de in.deli.vbi ter.⁊ gl.tãgit.dic vt ibi. ¶ † Quero,quid de eo,cui debetur res actione perſonali? Dic vt l.vendita
14 ex hereditate.§.j.ff.de heredit.vendita. ¶ † Quero,quid in eo,qui
rem poterat auocare a primo poſſeſſore per Publicianam,vtrum
re perempta poſſit petere pretium? Dubito,ideo cogitabitis.

ADDI-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ratum habere. Et quod poſſit ratificare, ne ius ſuum
perdat Bal. in l. vendicatione. C. pro emptore. alle. l. ſicut. §. vendi-
tionis. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. Uide que dixi poſt Bar. in
l. ſi pupil. §. ſed ſi ego. de neg. geſt.
b ALEX. ¶ Habere actionem nego. geſt. Adde Imo. qui videtur
tenere contra Bar. hic, ⁊ in d. l. ſi cum ſeruum. ſi cer. pet. hoc tenet
ipſe in l. ſi fundum per fideicommiſſum. de leg. j. in prin. ⁊ Bal. hic,
⁊ ibi tu vide quod no. in l. quãuis. ſi cer. pe. ⁊ no. Bald. in l. j. j̃. de re.
ecc. non alie. ⁊ etiam an iſta lex habeat locum. quãdo venditor ha-
bet hereditatem tit. oneroſo.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Actionem neg. geſt. Iſtud habet locum
etiam quando dominus ratificat illud quoad geſtam cum procu-
ratore in rem ſuam conſtituto domino, ſit factum reſpectu dire-
cte actionis: vt no. Alex. in l. ſi procuratori. poſt Bar. ⁊ Lud. Ro.
ibi. ff. de condi. ob cau. vide etiam pro iſta diſtinctione Bar. tex. in
c. quod ſicut. §. j. ⁊ ibi Panor. ita ponderat. de elect.
c P. PAV. P. ¶ Loco rei. De materia, ⁊ quid de hypothecaria, vide
in l. ſi rem ⁊ pretium. ⁊ quod ibi ſcripſi. ff. de petitio. hered.
b ALEX. ¶ Pecunia mea. Quid ſi de mea pecunia emiſti, an poſ-
ſim ratificare, ⁊ repetere rem, vide j̃. eo. l. ſi vt proponis. per Bald.
hic, ⁊ per Ray. j̃. eo. l. ſi in area. ⁊ omnino vide Bal. in l. pe. j̃. de ſer.
pig. dato manu. vbi quid de pecunia vſuraria.
c ALEX. ¶ Alieno nomine. Quid ſi aliquis vendidit rem meã, vi-
de que ſcripſi in l. j. §. nunciatio. de noui ope. nuncia.

LEX IIII.

ADuerſus. Ab eo, qui emit a male fidei poſſeſ-
ſore, poteſt res vendicari, niſi pre-
ſcripſerit. hoc dicit.

LEX V.

1 ☞ Malefidei poſſeſſor an teneatur ad fructus, quos ipſe perci-
pere potuit, vel quos petitor percepiſſet.
* **DOmum.** Male fidei poſſeſſor tenetur de fru-
a ctibus* perceptis, [a] ⁊ percipiendis, ⁊
expenſas neceſſarias officio iudicis recuperat, vtiles
detrahit. h. d. ¶ Ad primũ, dicitur hic, q̃d tenet malefi-
dei poſſeſſor de fructibus, quos percepit, vel pcipere potuit ipſe
1 malefidei poſſeſſor. Contra, † quod imo tenetur de his quos perci-
pere poterat ipſe petitor, vt l. ſi nauis. in fi. ff. eo. not. in l. ex diuerſo.
in gl. mag. Gl. nec ibi, nec alibi, me ſciẽte ſignat, neque ſoluit iſtud
contrarium. Pet. dicit quod debet diſtingui. Nam malefidei poſ-
ſeſſor ante moram tenetur de fructibus perceptis, ⁊ quos perci-
pere poterat ipſe, poſt moram tenetur de his, quos percipere ipſe
poterat petitor. Iſtud non placet mihi: nam ille, qui iniuria occu-
pauit, vt hic dicitur, ſemper eſt in mora, vt vidiſtis s̃. quod me.
cau. l. j. Preterea, contra hanc diſtinctionem videtur text. s̃. tit. j. l. j.
in fin. Nec poſſumus diſtinguere, aliud in domo, aliud in aliis re-
b bus[b], quia hoc eſſet contra text. in l. apud Iulianum. §. j. ff. de leg. j.
Dico ergo breuiter, quod ſi aliquis vult ſe referre ad illud quod
c percipi poſſet ſingulariter, debet referri ad perſonam petitoris[c],
d vt d. l. ſi nauis. in fin. Si enim perſona[d] poſſeſſoris potuiſſet plus
percipere propter ſingularitatem ſue perſone, tunc ad iſtud non
tenetur reſtituendum, quia illud percepiſſet ex ſua negotiatione
magis quam ex re poſſeſſa. vt l. iij. §. j. ff. ad leg. Falci. Sed ſi aliquis
vult ſe referre ad illud, quod percipi communiter potuiſſet, tunc
ſiue per petitorem, ſiue quãtum percipi potuiſſet per poſſeſſorem,
idem eſt dicere, quia te referres ad illud quod communiter, ⁊ com-
muni eſtimatione poteſt percipi. arg. ad hoc quod not. l. ij. j̃. de re-
* ſcin. vendi.* ¶ Ultimo eſt videndum, quo iure conſequantur ex-
penſe facte in re. Gl. ponunt in l. in fundo. ff. eo. dic vt ibi.

ADDITIONES.

* ALEX. ¶ De fructibus. Utrum titulus ſententie excuſet a fru-
ctibus, dixi in l. in fideicommiſſi. ff. de vſuris. per Bald. in l. ij. j̃. de
ſeruitut. ⁊ aqua.
a P. PAV. P. ¶ Perceptis. Uide que ſcripſi in l. ex diuerſo. circa
finem. ff. de rei vendicat. Uide Aretin. in l. cum ſeruus. §. j. ff. de
legat. j.
b ALEX. ¶ Aliud in aliis rebus. Et in materia iſtarum oppoſi-
tionum vide Paul. de Caſt. conſil. xvij. quod incipit, in Chriſti no-
mine amen. in cauſa que vertitur.
c ALEX. ¶ Perſonam petitoris. Et in hac materia vide Barto.
melius in repet. l. fructus. ff. eo. ⁊ in l. ij. de fru. ⁊ lit. expen. ⁊ Bart. in
l. apud Iul. §. fundus. de leg. j. ⁊ ibi videtur voluiſſe idem, licet ſua
diſtinctio ſit maxima reſtrictio ad hanc legem, ſecundum Imo. ibi.
vide Bald. hic ⁊ Angel. in d. l. fructus. Cyn. contra Bar. in l. incer-
tum. in j. queſtio. j̃. eod. ⁊ vide Bart. in l. ⁊ ex diuerſo. in princi. ff. de
rei vendic. per Angel. in l. fructus. la j. ⁊ contra. l. ſi nauis. eod. titul.
vide Bald. in d. l. ij. de fruct. ⁊ lit. expend. hanc l. limita non habere
locum in dote. l. ſi cum dotem. §. fin. ſol. matri. Uel dic hanc legem,
non procedere in iudiciis vniuerſalibus l. Imperator. §. fin. cum l.
ſequen. ⁊ quod ibi Bart. de leg. ij. ibidem ⁊ magis communis opi.
videtur eſſe cum Bart. hic cum quo concor. Gul. de Cu. ⁊ Bald.
hic ⁊ Imol. Ray. ⁊ Paul. de Caſt. in d. l. fructus. quam opin. tamen
limita primo vt procedat in illo poſſeſſore, qui nullam habet iuſtã
cauſam a domino inducente, ſecus ſi cauſam haberet, vt eſt credi-
tor habens fundum pignoratum a domino, quia domino tenebi-
tur de fructibus, quos ipſe debitor percipere potuiſſet. Text. eſt
menti tenendus in l. ij. C. de pigno. acti. quod repugnat not. Bald.
Secundo limita procedere in vero malefidei poſſeſſore, ſecus in
ficto. cuius malafides inducta eſſet ficte poſt litem conteſt. contra
eum factam. Nam talis tenetur tantum de fructibus, quos ipſe
reus percipere potuiſſet. tex. eſt non violando literam. C. de fruct. ⁊
lit. expen. l. ij. ſecundum Bart. ibi, licet gl. ibi aliter intelligat.
d POMA. ¶ Si enim perſona. Uide Alexand. vbi appellat iſtam
communem in l. apud Iulia. in princ. ff. de leg. j. ⁊ Rom. conſil. cclv.
⁊ Aret. conſi. xlvij.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ De reſcind. vendit. Iſtam diſtinctio.
ſequitur Areti conſi. xvij.

LEX VI.

SI ex ea. Res empta ex pecunia mea, non eſt mea,
⁊ ideo a me vendicari non poteſt, hoc di-
cit. Contra hoc opp. j̃. eo. l. ſi vt proponis. Sol. vt ibi, ⁊c.

LEX VII.

a **PArtum.** Eius eſt partus, cuius eſt mater[a]. h. d.
Et hoc eſt verum quo ad dominium,
ſecus quo ad honores, ⁊ munera, vt l. nullus. j̃. de dec.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Eſt mater. Probatur in l. fina. §. idem reſpondit, mu-
lierem. ad municipales.

LEX VIII.

1 ☞ Res empta ex pecunia priuilegiatorum poteſt ab his ven-
dicari.
SI vt proponis. Res empta ex pe-
cunia militis, poteſt
a ſpeciali fauore[a] a milite vendicari, poteſt etiam agi
actione nego. geſto. vel mandati, ſi interceſſerit. h. d.
¶ Oppo. de l. ſi ex ea pecunia. s̃. eod. Dixit gloſſ. hic
eſt ſpeciale in milite, ſicut in minore, ⁊ in eccleſia, ⁊ in vxore ⁊ viro.
1 Dicit gloſſ. quam vide ⁊ not. Certe † in milite, hoc eſt verum ſim-
pliciter, quia res empta ex pecunia ſua poteſt vendicari ab eo. In
2 minore † non eſt verum ſimpliciter[b], ſed eſt diſtinguendum, an fue-
b rit empta res a tutore[c], vel curatore, ⁊ procedit gloſſ. aut fuit em-
c pta ab extraneo, ⁊ tunc demum in ſubſidium poteſt res vendicari.
Probatur in l. filie. ff. de ſolu. ⁊ ibi tangitur per gl. clarius per Iac.
3 de Aret. in l. ij. quando ex fac. tut. ¶ † Item eodẽ modo* intelligo,
* quod dicitur de eccleſia[d] ad ſimilitudinem minoris. argu. in l. or-
d phanotrophos. in princ. de epiſc. ⁊ cle. Illud vero † quod dicitur in
4 vxore, ⁊ viro non eſt verum[e] ſimpliciter, ſed demum in ſubſidium.
e Ita loquitur l. ex pecunia. j̃. de iure dotium.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Speciali fauore. Et vide gloſſ. in l. vxor marito. de do.
inter virum ⁊ vxorem. in gloſſ. j. ⁊ gl. fin. ⁊ ibi Bart. ⁊ Bal. in l. ſi pa-
truus. j̃. communia vtriuſque iudicii.
b P. PAV. P. ¶ Simpliciter. Uide Rom. conſi. ccccxiij. ad fi. Pau.
conſil. ccclxxv. Quod autem idem ſit in eccleſia, vide Barb. in c. in-
quirendum. de pecu. cler. vbi ponit incidenter de aliis.
c ALEX. ¶ A tutore. Et adde quod hoc priuilegiũ habet etiam
pecunia data filio in peculium, quia eſt vniuerſale, ſecundum Bal.
in l. filium. j̃. famil. erciſc. ⁊ adde Bal. omnimodo in l. j. ſi quis alteri
vel ſibi. per Bal. in d. l. pen. j̃. de ſeruo. pign. dato manumiſſ.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Eodem modo. Uide ad ampliationem
Panor. in c. paſtoralis. de decim.
d ALEX. ¶ De eccleſia. Uide omnino Bar. in l. ſi vrbana. in fi. de
condi. indeb. ſecus ſi res fuerit empta de pecunia mutuata per ec-
cleſiam, ſecundum Bal. in l. fi. C. de fideicommiſſ.
e ALEX. ¶ Non eſt verum. Uide not. gloſſ. in l. ſi filii tui. in fi. prin.
gl. j̃. de dona. inter virum ⁊ vxorem. Et ad Bart. hic, adde tu Iac.
Aluaro. in c. j. §. ⁊ quia vidimus. de his qui feu. dare poſſ. qui idem
tenet arg. l. Proculus. ff. de iur. dot.

LEX IX.

1 ☞ Uxor quando poſſit vendicare rem dotalem.
a **DOce ancillam.** Uxor non poteſt ven-
dicare rem dotalem.[a]
1 hoc dicit. ¶ Op. de iure dot. l. vbi. Sol. Hoc eſt verum,
niſi marito vergẽte ad inopiam, vt l. contraria. Alii di-
b cunt, quod ibi agitur hypothecaria, non autem in rem[b]. ita loqui-
2 tur hic, ⁊ iſta eſt etiam ſatis bona. Item ex hac l. not. caſum † quod
maritus eſt dominus rei dotalis, de quo vidiſtis plene in l. in reb⁹.
j̃. de iure doti. ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Dotalem. Uide Barto.ꝛ Bald.in l.j.ȷ.de ſer.pigno. da.manu.

b ALEX. ¶ In rem. Uide Bart.latius aliter in l.ſi conſtante.in ȷ. q.iiij.q.princip.hic alleg.

LEX X.

a **Cum ſuper.** [a]Dominium poteſt probari per teſtes, vel inſtrumenta, vel alijs probationibus.hoc dicit.

ADDITIO.

a ¶ Cum ſuper. Uide.Pau.de Caſt.conſi.ccclxij.

LEX XI.

Si quis ſciens. Quicquid plantatur, ſeritur, vel edificatur, omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit, ꝛc.

LEX XII.

1 ☞ Dominium rei vendite quando transfertur per traditionem.
2 Fides de pretio quando dicatur haberi.

In ciuile. In contractibus nominatis non eſt locus condictioni ob cauſam cõtra eum, qui contractum ex parte ſua nõ implet ſed ea que in contractũ deuenerunt, eſt agendum.h.d.hec bona lex.
1 ¶ Oppo. †rei vendite non transfertur dominium per traditionẽ,
niſi pretio ſoluto, vt l.quod vendidi.ff.de contrahen. emp.inſti.de
re.diui.§.vendite. Sol. Intellige, hic fuit habita fides de pretio, vt
2 d.§.vendite. Qualiter †autem dicatur haberi fides de pretio, tan-
3 gitur per gl.in l.procur.in fin.de tribu.ꝛ d.§.vendite. ¶ † Item an
a per procuratorẽ poſſit haberi fides de pretio, tangit Cy.[a]hic ego
plene dixi in l.a diuo Pio.§.ſed ſi emptor.ff.de re iudi, vt glo.tan-
git, ꝛ in l.ſi procurator.de iure fiſci.

ADDITIO.

a ¶ Tangit Cy.vide Angel.conſi.xliiij.

LEX XIII.

a **Ordinarij.** [a]Iſta lex tractat materiam .l.incerti.ȷ.de interdi.vt ibi dixi ꝛ gl. ponit, breuiter dicit. Poſſeſſorium retinende debet prius examinari, deinde ad petitorium perueniri.hoc dicit, ita lex in ſummario.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ Ordinarij. De iſta materia preparatorij vide Deciũ in ru.extra de iud. Uide omnino an ille, qui eſt iudex preparatorij, debeat eſſet iudex preparati, Cur.ꝛ Moder.in rub.C.de eden. Iaſ. ꝛ Alex.in l.quoties.C.de iudic.vbi limitat dictum Bald.quod refert in d.rub.de eden. Adde etiam in materia Pau.de Caſt.conſil. lxxj.inci.viſis ꝛ conſideratis. Uide quod dicit Rom.ſing.cliij.inci. Floren.vide Alex.conſi.ccccxxx. Uide tex.loquentem de dote in c. de prudentia.de dona.inter virum, ꝛ vxor. Item adde circa materiam preparatorij, quod quicquid omittatur circa materiam preparatorij non habet vitiare ſuum iudiciũ. Uide Alex.conſi.xxxvij. vol.ij. Et adde etiam quod ea, que precedunt litis conteſta.dicuntur preludia ꝛ preparatoria iudicij, Bald.in l.j.§.ſimiliqꝫ modo.C. de lat.liberta.tollend. Cur.in rub.C.de eden.ideo talia preparatoria precedentia litis conteſt.non dicuntur proprie de actis, Bald. vbi ſ.ꝛ in authen.clericus.C.de epiſcop.ꝛ cleri. Item illud quod dicitur, quando iudex preparatorij puta habilitati a iuramento ſit iudex preparati, limita vt per Pau.de Caſt.ſequitur Bolog.in addi ad conſil.xlviij. Ioan.de Ana. Iaſ.in l.quoties.in ij.not.C.de iudic, Feli.n.in ca.j.in iij.char.in vj.fallen.extra de iureiur.ꝛ in cap.ij. extra de ſpon. Alex.conſi.lxiij.in iij.volu. Sequitur Iaſ.in l.nam ꝛ poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur. Feli.in c.cum ſit generale de fo.cõp. In contrarium, vide Decium in rubrica extra de re iudi.

LEX XIIII.

* **Cum a matre.** *[a]Pro ea parte, qua quis
a ſuccedit defuncto, pro ea
ipſius repreſentat perſonam, ꝛ eatenus contra eius fa-
b ctum venire non poteſt[b], hoc dicit, hec bona lex. Gloſſ.
c querit hic [c] quid in patre alienante rem filij. Reſpon. Aut filius
fuit heres patris, ꝛ idem quod in matre, aut filius non erat heres
patris, tunc ſine dubio poteſt vendicare, vt l.j.ȷ.de bon.mater.
¶ Quero, quid ſi filius fuit tantũ inſtitutus in bonorum ſubſidio,
Gl.hic tangit plenius, ꝛ melius dicit de iure delib.l.ſancimus.§.in
computatione.vbi gl.videtur dicere contra.ꝛ dic vt ibi dixi, ꝛc.

ADDITIONES.

* ALEX. ¶ Cum a matre. Uide Pau.de Caſt. conſi.xvij.qd incipit in cauſa que vertitur.ꝛ cum hac l.cõcordat l.vnum ex familia, §.ſed ſi vno.de lega.ij.

a P.PAV.P. ¶ Cum a matre. Uide Sozi.in l.frater a fratre.in xij. not.ff.de condict.indeb.vide eundem in l.iij.§.fin.ff.de verb.oblig. Quomodo autem teneatur heres implere totum factum defuncti, vide Bart.in l.Lucius.ff.ſolut.matri. Et ibi Alexand.ad regulam huius legis quod heres non poſſit venire contra factum defuncti.limita ꝛ declara vt per Aret.conſil.cxxij.in j.dubio. ¶ Cum a matre. Uide ſuper hac lege Roman.in conſi.xvij.quod incipit in Chriſti nomine amen.in cauſa que vertitur ꝛc.ꝛ cum hac lege concordat.l.vnum ex familia.§.ſed ſi viſo.de leg.ij.

b ALEX. ¶ Uenire non poteſt. Qualiter iſta lex ſit intelligenda, vide gloſſ.ꝛ Bald.in §.Lucius.ſo.ma.ꝛ not.Bart.in l.cum mulier, ſol.mat.ꝛ in l.ij.ȷ.ſi quid in frau.credi.

c POMA. ¶ Gloſſ.querit hic. Uide Alex.conſi.iij.vol.iij.ꝛ conſi.x. ꝛ xviij.in ij.dubio.vol.v.vbi loquitur in patre alienante feudum in caſu permiſſo ꝛc.ꝛ xxj.vbi declarat.vol.v.in verſic.ꝛ per predicta. ꝛ Feli.in rub.de ſpon.col.fin.ꝛ Aluar.in tit.ſi de feudo ſit controuer. §.ſi facta.ꝛ Alex.conſ.cxxxix.vol.ij.ꝛ cxxiiij.vol.v.vide etiam exemplum per Alex.conſi.xxix.vol.v. Paul.de Caſt.conſi.ccxlvij. Fulg. conſi.lxvij.ꝛ Rom.conſi.xviij. Cuma.conſi.xxxiij.tex.ꝛ ibi Iaſon.in princ.in auth.vnde ꝛ ſi parens.C.de inoffic.teſta.ꝛ vide Old.conſi. xciiij.ꝛ Aret.cxxiij.ꝛ Alex.lxxxvij.vol.iij.ꝛ xxvj.vol.v.

LEX XV.

a **Quoties.** [a]Ille eſt potior in dominio, cui primo res traditur, licet alius in titulo preuenerit, hoc intendit iſta lex breuiter.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quoties. Adde quod dixit Hoſtien.poſt Innoc.in c.continebatur.de his que fiunt a prelat.ſine conſenſu c.per illum text, quod iſta lex nunc non habet locum in perſonis eccleſiaſticis vendentibus, quia tunc ſemper erit potior primus emptor, licet ſecundo res fuerit tradita, ꝛ non primo, quia tales perſone non deberent adhibere fraudem in ſuis contractibus, cap.per tuas.de dona.ſed laici ſe quaſi naturaliter adinuicem decipiunt.l.in cauſa ij.de minor. Item, quia conſenſus ſpiritualis eſt fortior quam carnalis, ideo difficilius rumpitur.c.ij.de tranſla.prela.ſed Abba. Sicul.in d.c.cõtinebatur refert quod iſtud ſingulare dictum communiter non tenetur a modernioribus, quia iſta lex non repetitur correcta per canones, non debet corrigi per gloſſ.magis, ſed refert Abba.ſingulariter poſſe illud dictum ſubdiſtingui, in conceſſione rerum ſpiritualium in quibus ex ſola conceſſione transfertur ius in re.vt in text.not.in c.ſi tibi.de preben.in vj.facit.c.fina.de ſponſa. duo.ꝛ quod not.communiter in c.inter cetera.de preben. Item ſecundum eum poſſet ſaluari, quando eccleſia vendit eccleſie, vt ex ſola conuentione ſit tranſlatum dominium in eccleſiam, argu.l.fin. C.de ſacro ſanc.eccleſ.illa tamen lex non loquitur.quando eccleſia contraxit cum eccleſia, ꝛ videtur diſputãdum eſſe an priuilegium illius conſtitutionis competat eccleſie contra eccleſiam. Et ſatis equum eſſet tenere quod ſic.ꝛ faciunt not.per Bart.in auth.quas actiones.C.de ſac.ſanc.eccl.vbi diſputat an priuilegium.ꝛc. Adde que dixi poſt Bart.in l.ſiue autem.§.j.de publ.ꝛ dictam opi.Hoſt. ꝛ Inno.ſequitur Lud.Ro.in auth.ſimiliter.ad ſi.l.fal.in xxij.fallen. arg.c.cum autẽ.de iure pa. Et in hac materia quis ſi potior, etiam ſi interuenit iuramentum, ꝛ quid ſi vni vendidi, alteri promiſi vendere, Inn.in c.cum contingat.de iureiu.ꝛ illud dictum Hoſt.in d.c. continebatur, tenent ſcribentes in cle.cum illuſio.de renun.vt habeo relatum per Mod.in c.ſuam.de penis. ¶ ADDE quod dictum Innoc.ſequitur Ro.conſi.ccxcvij.vbi illud extendit ad principem.

P.PAV.P. ¶ Quoties. Iſta lex non videtur procedere in contractu facto a principe, quia ſi primo vni cõcedat ꝛ quod transferat in ipſum dominium, ſi alij poſtea concedat vel donet, ſecundus erit potior, etiam ſi primo fuiſſet tradita, ſed debet prius agere contra principem, iuxta l.bene a Zenone.C.de quadr.preſcrip.vide Com. conſi.clxj.incip. Duciſſa Mediolani, circa ſi. Et ratio eſſe videtur, quia etiam ſi venderet princeps rem in totum alienam, vt ab alio poſſeſſam, ille qui ſecundo loco habet titulum, ꝛ ab eo videtur eſſe tutus, ꝛ debet prius agere contra fiſcum dict.l.bene a Zenone. De pena autem alienantis duobus, vide Bar.ꝛ quod ibi habes in l.ſi duobus.ff.de falſis. Item quid ſi quis primo donauit, que donatio ſit nulla, quis preferatur, ꝛ quedam alia, vide per Com.conſil. clxxiij.incip. Saluarinus. Item iſtam legem repetit Iaſon.ꝛ Curt. quos vide. Item limita iſtam regulam non procedere in vaſallo vendente rem ſuam duobus, vide Cepo.cautela cxliij. Quid autem ſi quis vendat rem incertam, vel pro indiuiſo, vel ad menſuram, ꝛ nondum ſit menſurata, ꝛ appoſitum ſit conſtitutum, an primus preferatur ſecundo vide omnino Bar.conſ.xlvij. Item quod iſta lex non procedat in feudis, vide Roma.conſil.vij. Item quod procedat iſta lex nõ ſolum ſi vendens a principio ſit dominus, ſed etiam ſi poſtea ſuperueniat dominium, vide Ro.conſi.cclxx. Item quod procedat iſta lex etiam ſi primus cõtractus ſit firmatus iuramento, vide Pau.de Caſt.conſ.lvj.ꝛ moder.hic. An autẽ venditor, cui res nondũ eſt tradita, poſſit ſe opponere pro intereſſe ſuo, ne alius mittatur in poſſeſſionem eius rei.vide Bal.in c.j.in princ. quid ſit [illegible]. Quid autẽ ſi vaſallus primo vendidit cum conſenſu domini, poſtea vendat ſecundo etiam cum conſenſu dñi, vide Bal. in c.[illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

in ca.ſi facta.ſi de feud.fuer.controuer. Quid autem ſi procurator alicuius vendidiſſet ⁊ conſtituiſſet ſe dominum poſſidere nomine emptoris, poſtea dominus vendidiſſet ⁊ tradidiſſet, vide Angel. conſi.xlj. Sempronius olim Caij.⁊ ſequen.vbi ſingulariter loquitur. Quid autem econtra ſi fuit facta venditio procuratori alicuius, ⁊ dominus vendens conſtituiſſet verſus procuratorem ſe tenere ⁊ poſſidere nomine eius, vide Angel.conſi.c.incip.quedam mulier. Moder.hic. Quid autem ſi non conſtet cui prius fuerit res tradita, vide Roma.ſingulari ccclxxxij.incip.l.quoties.cum ſi. Moder.hic, quia ille qui probat ſe prius ſoluiſſe pretium, preſumitur quod ſibi fuerit primo tradita. Item inquantum Modern. hic limitant non procedere in perſonis eccleſiaſticis vendentibus rem duobus,vide etiam Roma.conſi.lxx.Iaſon.in l.fin.C.de ſacro ſanct.eccleſ.vbi quedam alia ponit in materia. Item an procedat in locatione ponit hic Iaſ.in xiij.limitatio. Sed contrarium conſuluit Alex.vt addidi ad eum in conſil.cxxij.in v.volu. Item quod ille qui primo habuit titulum, preſumitur prius habuiſſe traditionem,vide Alex.conſi.xcij.vol.v.

LEX XVI.

SI in area. Quod in communi edificatur, commune efficitur,ſed edificanti bona fide,expenſe debent reſtitui,hoc dicit.

LEX XVII.

1 Proteſtatio ementi rem meam,quomodo fiat.
2 Denunciatio,quod conſtituat quem in mala fide.nu.4.⁊ nu.5.
3 Malefidei poſſeſſor conſtitutus per denũciationem, quod teneatur tantum de perceptis.

* **SI fundum.** Denuntiatio* facta a domino ne quis emat, emptorem conſtituit male fidei poſſeſſorem,hoc dicit. No.hanc legem de virtute huius denuntiationis,que conſtituit emptorem male fidei.
1 † Item pondero verba huius legis valde in materia proteſtationis,quod non ſufficit ſi proteſtetur quod non emat, ſed debet dicere,quia eſt mea,vt hic patet in text. Ex hac lege habes
2 duo. † Primo quod denuntiatio conſtituit aliquem male fidei
3 poſſeſſorem.Secundo † quod iſte male fidei poſſeſſor teneatur tan-
a tum de fructibus perceptis [a] quaſi dicat,non de percipiendis. Et
b ſic titulus excuſat a percipiendis [b]. Et ita tenet gloſſ.licet docto.
4 † Ultramonta.dicant contra primum paſſum, vtrum denuntiatio conſtituat quem in mora. Cyn.hic dicit, ⁊ ponit verba Dyni que ſunt in l.j.⁊ l.iij.ff.quod fal.tut.autho. Et dic vt hic plene per eum.
5 Ego ponam in meo tractatu de proteſtatione. Item nota † quod denuntiatio conſtituit quem male fidei ante contractum, poſtea vero non,no.per gl.in l.pe.ff.de vſucapio.pro emptore.

ADDITIONES.

* CLAVD.DE SEISS. Denuntiatio.Uide ꝙ dicit Bald.in ca.dilectus.de maior.⁊ obed.Et Prepoſ.in c.boue.j.de electione. Item no.vnum ꝙ denuntiatio facilius conſtituit in malafide quã res,quando res non pertinet ad denuntiantem,ſed in ea verſatur vt in aliena,quam ſi crederet illam eſſe ſuam, vt colligitur ex his que dicit Alexand.in l.de pupillo.§.nuntiationem.ff.de noui operis nuntiatione.

a ALEX. De fructibus perceptis.Et ita etiam tenet Pau.de Caſtr.in conſil.clvij.quod incipit.in Chriſti nomine amen.queſtio iſta vertitur,⁊c.allegat hunc tex.iuncta gl.

b P.PAV.P. Percipiendis. In re minoris vide Rom.ſingulari dl.incip.tu habes,cum ſingulari cxxxvj.⁊ in pupillo vide Roman. conſil.ccccliiij.ad finem.

LEX XIX.

INdicia. Dominium poteſt probari inſtrumentis, ⁊ alijs indicijs,hoc dicit.

LEX XX.

NOn ſeruum. Contra dominum inſtitui debet actio pro rebus, quas detinet ſeruus,non contra ſeruum,hoc dicit.

LEX XXI.

A Poſſidentibus. In actione in rem,cõtra non reſtituentẽ iuratur in litem,hoc dicit.

LEX XXII.

a **CErtum eſt.** [a] Iſta lex non poſſet eſſe magis breuis, quam eſt,⁊ eſt magis repetibilis in materia fructuum, quam aliqua alia. Materiam iſtam ponit gloſſ.in l.⁊ ex diuerſo.ff.eod. Doc.recitant eam hic,ideo non recitaui.

ADDITIO.

a ALEX. Certum eſt.Uide Bart.in l.ex diuerſo.ff.eo.⁊ hanc legem ſecundo dicto limitauit Bart.in l.in inſulam.§.fructus.ff.ſol. mat.quam limitationem reprehendunt ibi Raph.⁊ Pau.de Caſt. Sed in vno caſu ſaluat ibi Alex.⁊ vide ad hanc legem aliqua per Barto.in l.iij.§.ex contrario.de acquir.poſſeſſ.⁊ hanc legem limita in iudicio ſingulari,quod fructus percepti,⁊ conſumpti a bone fidei poſſeſſore,veniunt reſtituendi,ſecus in iudicio vniuerſali.l.non eſt ambiguum.⁊ ibi Cyn.⁊ Bald.famil.erciſcun.

LEX XXIII.

SI mancipium. Qui repetit rem ſuam,nõ tenetur ad reſtituendum pretium ab alio perceptum,hoc dicit.

LEX XXIIII.

NUllo iuſto. Qui titulum iuſtum nõ habet, longo tempore non preſcribit.h.d.

LEX XXV.

SOlennibus. Per ſolutionem penſionis non conſequitur quis dominium, hoc dicit.

LEX XXVI.

a **MOre litis.** [a] Preſcriptio longi temporis poſt litem conteſtatam non currit, hoc dicit. Not.⁊ tene menti hanc legem, de qua facio ⁊ doceo practicam in l.Celſus.ff.de vſuca. Tu ſcis quod articuli producuntur poſt litem conteſtatam,⁊ teſtes etiam examinãtur. Facias quod articulus tuus concludat quod tu poſſediſti decem annis ⁊ vltra ante lit.conteſ. Nam ſi probaretur poſſeſſio x.annorum poſt lit.conteſta.nihil probares. Et ad hoc not.hanc l.que melius dicit,quam aliqua de mundo.

ADDITIO.

a POMA. More litis. Dic quod imo hodie de equitate canonica poſt ſolam citationem,vide ad iſtam l.do.Franciſc.de Crema notabili cj.

LEX XXVII.

SEruum. Ex ſolo tit.ſine poſſeſſione non queritur dominium,hoc dicit.

LEX XXVIII.

1 Opponi poteſt de iure tertij, quando eſt excluſiuum iuris agentis.

a **REs alienas.** [a] Niſi actor ſuam intentionem probet, reus poſſidens, licet
1 etiam iniuſte,abſoluitur,hoc dicit. Ex hoc habes † quod hoc caſu licet opponere de iure tertij hoc modo,tu vendicas rem, quam ego poſſideo, ego poſſum dicere, non eſt tua, ſed cuiuſdam
b tertij [b]. Ratio eſt, quia ius tertij [c] eſt excluſiuum iuris agentis.
c Uidiſtis in l.cum ſeruum quiſpiam.j.de ſer.fugit.

ADDITIONES.

a ALEX. Res alienas. Singul.eſt hec lex,ſecundum Bald.in l.ij.j.qui.non obſt.long.temp.preſcrip.verſi.not.de iur.tertij poteſt opponi per Bart.in l.ij.de excep.rei iudic.

POMA. Limita iſtam l.fin.vt per Alexan.in l.ſi ab hoſtibus. §.ſi alienam.in princ.ff.ſol.matr.⁊ Alex.conſi.j.vol.v.

P.PAV.P. Res alienas. Quod in dubio ſit iudicandum pro poſſeſſore, vide Bart.in repet.rubr.qui admit.

b P.PAV.P. Cuiuſdam tertij. Iſta tamen excep.non admittitur contra agentem remedio retinende poſſeſſionis, vide Aret.in l.ſi de eo.§.ſi prope.ff.de acquir.here.imo non admittitur talis exceptio contra agentẽ petitorio,quando eſt tale in quo poſſit actor fundare ſuper dominio ſufficit probare poſſeſſionẽ,vt eſt in agente petitione hereditatis. Super quo vide quod not.Ioan.de Imol. in l.ſi duo patroni.in princ.ff.ad Trebel.poſt Bart.ibi.⁊ ibi etiam vide Alex.⁊ Ang.in l.item videndum.§.nunc videamus.ff.de peti. hered.vbi etiam habes ad Bart.facit quod dicit Bart.in l.ſi quis conductionis.j.loc.agenti actione perſonali ex contractu locationis vel ſimili non poteſt opponi exceptio dominij alterius.

c ALEX. Ius tertij.Tu adde Bart.in l.ſi alienam.ſol.matr.

De vſufructu, & habitatione, & miniſterio ſeruorum. Rubr. XXXIII.

1 Uſufructuarius quomodo dicatur dominus.
2 Uſufructuario datur realis actio, vt confeſſoria ⁊ negatoria.
4 Miniſterium ſeruorum,eſt ſeruitus perſonalis.

Rubrica noſtra continuatur ſecundum gloſſ.noſtram ſic. Dictum eſt ſ.de dominio rerum corporalium, ſequitur videre de dominio rerum incorporalium, vt vſuſfructus vſus, ⁊c. Iſta continuatio videtur poſſe impugnari. Et videtur quod hic ſit oppoſitio in obiecto. Nam vſuſfructus eſt ius vtendi fruendi alienis rebus, vt ff.eo.tit.l.j. Sed gloſſ.ſecundum iſtam continuationem vi-
a detur concludere quod vſufructuarius ſit dominus [a], quare male.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN